Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

fide: karitate & spem collocat. fide trinitatis ad longitudi-
ne uite immortalitatisq; distendit. latitudine karitatis in-
dulgentie & benignitatis fundit affectu. altitudine spei
ad celestia erigit & excelsa. Sup tiam enim ambulans. ince-
lus habet conuersationem Summa u actuum suorum refert ad
unum. scit enim quia omnis quidem currunt sed un' accipit
palmam. scilicet qui cognationum uarietate & instabilitate
mentis non fuerit multiplex. Sed hanc bibliothecam non exagre-
stib' & unpolitis. sed exquadratis & secdm equitatis lineam di-
rectis construit lignis. idem non exsecularium au-
ctorum sed
exphicis atq; apostolicis uoluminib'. Ipsi enim sunt qui di-
uersis temptationib' edolati. resecatis omnibus uitiis
& excusis quadratam continent uitam. & ex omni parte libra-
tam. Nam auctores secularium librorum possunt quidem dici
ligna excelsa. & ligna umbrosa. Sub omni enim ligno excel-
so & nemoroso. accusatur fornicatus esse israel. Quia illi locu-
tur quidem excelsa. & florida uitantes eloquentia. non tamen ita
egerunt ut locuti sunt. ideo non possunt ligna quadrata no-
minari. qd' in eis nequaquam uita & sermo collibet Tu si
facis arcam. siue bibliothecam congrega ex sermonib' phicis
& aplicis. uel eorum qui eos rectis fidei lineis secuti sunt con-
grega. bicameratam & tricameratam facito eam. ex ipsa narra-
tiones historicas disce ex ipsa mysterium magnum qd' in xpo
& in eccla implet agnosce. Ex ipsa etiam emendare mores.
resecare uitia. purgare animam atq; exuere omni uinculo
captiuitatis intelligere nidos in ea diuersarum uirtutum. & p-
fectum collocans. Deintus sane & deforis bituminabis ea.
corde fidem gerens. ore confessionem pferens. intus sciem-
am. foris opam habens. intus corde mundus. foris castus
corpore incedens. In hanc igitur arcam. siue bibliothecam diui-
norum librorum. siue animam fidelem. secdm moralem interim